



DISCURSUS
DE
PEREGRINATIONE
STUDIOSORUM.



Uemadmodum Historiæ & peregrinationis utilitas nulla, nisi ad praxin transferantur: Ita praxis politica nulla & imperfecta absque illa existit: à quarum unionem & vinculo vera prudentia dependet. *Bornit. in disc. de prudent. pol. compar. Julius Bellus in Hermet. pol. de peregr. prud.*

lib. 1. p. 36. quâ nisi moderante, nihil planè rectum, ut sine lucis mixturâ nihil splendidum, existimatur. *Idem eod.* inque imperiis gubernandis mens ab eâ, ut à circumfuso aëre lumen aspectus, accipit. *Laere.* Quod cum ita sit, nec prudentia illa paucorum annorum spatio solida terminari, sed experientia licet periculosiori acquiri possit: Neque satis esse videatur, Resp. & populos ex arte & historiis, quasi ex picturâ tantum cognovisse, nisi & is, qui ad veram & solidam prudentiam civilem adspirat, in Respub. exteras oculis inspexerit, cum sint quàm plurima, quæ non scire, sed vidisse expediat, quæque in historia ad oculum demonstrari nequeant. *Bornit. d. l.* Operæ pretium me facturum putavi, si paucula, Deo auctore *L. i. C. de vet. jur. enucl.* per discursum, unico tantum de adjumento prudentiam politicam comparandi peregrinatione scil. (reliquis, numero quæ plura, alium in locum rejectis) attulero.

Editus hic est Discursus

In laudatissima Academia Argentoratensi ante hos sexaginta annos
& quod excurrit, anno nimirum, qui Eteostico
sequenti notatus extat:

QVI non est hodie, Cras Minus aptus erit:

Jam

Ob defectum Exemplariorum, opusculi succinctam breviter
& rerum in eo contentarum utilitatem, plurimorum
desiderio, nunc denuo ac quasi hereditario
jure vulgatus

CHRISTOPHORO DANIELE KLESCHIO,
Hungaro, Jur. Utr. in Academia Salanâ

Cultore

Prælaudati quondam Nobilissimi, jam vero B. Gruberi,
è Filia unica Nepote
A. O. R. clò lcc LXXX.